

nihilominus si forte eveniat, ut alicui per errorem materia aliqua discutienda committatur ab illius peculiaribus studiis aliena, idque a Censore aut Consultore electo, ex ipsa libri lectione deprehendatur; non veritatis, se neque apud Deum, neque apud homines culpa vacaturum, nisi quam primum id Congregationis, aut Secretarii aperiat; seque ad ferendam de huiusmodi libro censuram minus aptum professus, alium magis idoneum ad id munus subrogari curet: quo tantum abest, ut existimationis sue dispendium apud Pontificem, & Cardinales passurus sit, ut magnam potius probitatis, & candoris opinionem, & laudem sibi sit conciliaturus.

§. XVII. III. De variis opinionibus, atque sententiis in unoquoque libro contentis, animo a præiudiciis omnibus vacuo, iudicandum sibi esse sciant. Itaque nationis, familie, scholæ, instituti affectum excutiant, studia partium seponant; Ecclesiæ sanctæ dogmata, & communem Catholicorum doctrinam, quæ Conciliorum generalium decretis, Romanorum Pontificum constitutionibus, & Orthodoxorum Patrum, atque Doctorum consensu continetur, unice præ oculis habeant, hoc de cetero cogitantes, non paucas esse opiniones, quæ uni scholæ, instituto, aut nationi certo certiores videntur, & nihilominus sine ullo fidei, aut religionis detrimento, ab aliis catholicis viris rejiciuntur, atque impugnantur, oppositæque defenduntur, sciente, ac permittente Apostolica Sede, quæ unamquamque opinionem huiusmodi in suo probabilitatis gradu relinquit.

§. XVIII. IV. Hoc quoque diligenter animadvertendum monemus, haud rectum iudicium de vero auctoris sensu fieri posse, nisi omni ex parte illius libere legatur; quæ diversis in locis posita, & collocata sunt inter se comparantur; universum præterea auctoris consilium, & institutum attentè inspicitur; neque venio ex una, vel altera propositione à suo contextu divulsæ, vel seorsim ab aliis, quæ in eodem libro continentur, considerata, & expensa, de eo pronuciandum esse: sæpe enim accidit, ut quod ab auctore in aliquo operis loco perfunctorie, aut subsocure traditum est, ita alio in loco distinctè, copiose, ac dilucide explicetur, ut offusæ priori sententiæ tenebræ, quibus involutam prævi sensus speciem exhibebat, penitus dispellantur, omnisque labis expertis propositio dignoscatur.

§. XIX. V. Quod si ambigua quedam exciderint auctori, qui alloquin catholicus sit, & integræ religionis, doctrinæque fama; æquitas ipsa postulare videtur, ut ejus dicta benigne, quantum libuerit, explicata, in bonam partem accipiantur.

§. XX. Has porro, similesque regulas, quæ apud optimos Scriptores de his agentes facile occurrunt, semper animo præpositas habeant Censores & Consultores; quo valeant in hoc gravissimo iudicii genere, conscientie suæ, auctorum famæ, ecclesiæ: bono, & fidelium utilitati consulere. Duo autem reliqua sunt in eum finem plane opportuna, quæ hoc loco adijungenda omnino esse judicamus.

§. XXI. Prodeunt aliquando libri, in quibus falsa, & reprobata dogmata, aut systemata religioni, vel moribus exitiosa, tamquam aliorum inventa, & cogitata, exponuntur, & referuntur, absque eo quod auctor, qui opus suum pravus huiusmodi mercibus onerare satagit, ea refutandi curam in se recipiat. Putant vero, qui talia agunt, nulli sese reprehensioni, aut censuræ obnoxios esse, propterea quod de alienis, ut ajunt, opinionibus nihil ipsi affirmant, sed historicie agant. Ad quidquid sit eorum animo, & consilio, deque personali in eos animadversione, de qua viderint, qui in tribunalibus ad coercenda criminosa instituta jus dicunt; dubitari certe non potest, magnam ejusmodi libris in christianam rempublicam labem, ac perniciem inferri; quum incautis lectoribus venena propinent, nullo exhibitio, vel parato, quo preserventur, antidoto. Subtilissimum hoc humanæ malitiæ inventum, ac novum seductionis genus, quo simplicium mentes facile implicantur, quam dili-

gentissime Revisores advertant, ac censuræ subjiciant; vel huiusmodi libri, si aliqua ex ipsis capi possit utilitas, mendentur, vel in vestitorum Indicem omnino referantur.

§. XXII. In ea, quam superius laudavimus, prædecessoris nostri Clementis Papæ VIII. Instructione, tit. de correct. l. §. 2. sapientissimè cautum legitur, ut quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum, detrahunt, bonique moribus, & christiane disciplinæ sunt contraria; expungantur. Et paulo post: facietur etiam, aut diceria in perniciem, aut præiudicium famæ, & existimationis aliorum iactata, repudiantur. Utinam vero in aspectum, lucemque hominum libri ejusmodi in hac temporum licentia, & pravitate non efferrentur, in quibus dissidentes auctores mutus se iugis, conviciisque proscindunt; aliorum opiniones nondum ab Ecclesiâ damnatas censura perstringunt; adversarios, eorumque scholas, ac coactus sugillant, & pro ridiculis ducunt; magno quidem bonorum scandalo, hæreticorum vero contemptu, qui digladiantibus inter se catholicis; seque mutuo lætantibus, plane triumphant. Etsi verò fieri non posse intelligamus, ut disputationes omnes è mandato tollantur, præsertim cum librorum numerus continenter augetur: faciendi enim plures libros nullus est finis, ut est apud Ecclesiasticos cap. 12. compertum præterea à nobis sit, magnam aliquando utilitatem ex his capi posse; modum tamen in defendendis opinionibus, & Christianam in scribendo moderationem servari merito volumus. Non inutiliter inquit Augustinus in Enchirid. cap. 59. prope finem exsercentur ingenia, si adhibeatur discretio moderata, & absit error opinatum se vire quoque nesciunt. Qui veritatis studium, & purioris doctrinæ zelum, qui suarum scripturionum mordacitatem excusant, obtendere solent, si primum intelligant, non minorem habendam veritatis, quam evangelicæ mansuetudinis, & christianæ charitatis rationem. Charitas autem de corde puro, patiens est, benigna est, non irritatur, non amulatur, non agit perperam, (utque addit idem Augustinus lib. contra Iulianas Petilian cap. 29. num. 31.) sine superbia de veritate presumit, sine levitate pro veritate certat. Hæc magnus ille non veritatis minus, quam charitatis doctor, & scriptor & opere præmonstravit. Nam in suis in adversus Manicheos, Pelagianos, Donatistas, aliosque tam sibi, quam ecclesiæ adversantes, assiduis conflictationibus, id semper diligentissime cavet, ne quempiam eorum injuriis, aut conviciis læderet, atque exasperaret. Qui secus scribendo, vel disputando fecerit, in profecto nec veritatem sibi præcipue cordi esse, nec charitatem sectari se ostendit.

§. XXIII. Si quoque non satis idoneam, justamque excusationem afferre videntur, qui ob singulare, quod profiterentur, erga veteres Doctores studium, eam sibi scribendi rationem licere arbitrantur; nam si carere novos audeant, forte ab lædendis veteribus sibi minime temperassent, si in eorum tempora incidissent: quod præclare animadversum est ab Anchore opæis imperfecti in Mattheum Homil. 42. Cum audieris, inquit, aliquem beatificansem antiquos Doctores, proba qualis sit circa suos Doctores: Si enim illos, necum quibus vivit, sustinet, & honorat, sine dubio, illos, si cum illis vixisset, honorasset: si autem suos contemnit, si cum illis vixisset, & illos contempnisset. Quamobrem firmum ratumque sit omnibus, qui adversus aliorum sententias scribunt, ac disputant, id quod graviter, ac sapienter à Vener. servo Dei prædecessore nostro Innocentio Papa XI. prescriptum est in decreto edito die secunda Martii anni millesimi sexcentissimi septuagesimi noni: Tandem, inquit, ut ab injuriis contentionibus Doctores, seu scholastici, aut alii quicumque, imposturam abstinereant, ut paci, & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipit, ut nam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quum in thesibus, ac prædicationibus, cavendo ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter catholicos con-

revertantur, donec à Sancta Sede recognita sint, & super eis iudicium præferatur. Cohibeatur itaque ea scripturionum licentia, quia, ut ajebat Augustinus l. 12. Conf. c. 25. num. 34. sententiam suam amantes, non quia vera est, sed quia sua est, aliorum opiniones non modo improbant, & libere etiam notant, atque traducunt. Non feratur omnino, privata sententia, veluti certa ac definita ecclesiæ dogmata, à quopiam in libris obrudi, oppositas vero erroris insinulari; quo turba in ecclesiâ excitantur, dissidia inter Doctores aut seruntur, aut foventur, & christianæ charitatis vincula abrumpuntur.

§. XXIV. Angelicus scholarum princeps, ecclesiæque Doctor S. Thomas Aquinas, dum tor conscripsit numquam satis laudatâ volumina, varias necessario offendit Philosophorum, Theologorumque opiniones, quæ veritate impellente retellere debuit. Ceteras vero stanti Doctoris laudes id mirabiliter cumulat, quod adversariorum neminem parvi pendere, vellicare, aut traducere visus sit, sed omnes officiose, ac perhumaniter demereri; nam si quid durius, ambiguum, obscure eorum dictis subesset, id leniter, & benigne interpretando emolliabat, atque explicabat. Si autem religionis, ac fidei causa postulabat, ut eorum sententiam exploderet, ac refutaret, tanta id præstabat modestia, ut non minorem ab his dissentiendo, quam catholicam veritatem asserendo, laudem mereretur. Qui tam eximio uti solent, ac gloriosi magistro (quos magno numero esse, pro singulari nostro erga ipsum cultu, studioque, gaudemus) si sibi ad emulandum proponant tanti Doctoris in scribendo moderationem, honestissimamque cum adversariis agendi, disputandique rationem. Ad hæc ceteri quoque sese componere studeant, qui ab ejus schola, doctrinæque recedunt. Sanctorum enim virtutes omnibus in exemplum ab ecclesiâ propositæ sunt. Cumque Angelicus Doctor Sanctorum alio adscriptus sit, quamquam diversa ab eo sentire liceat, ei tamen contrariam in agendo, ac disputando rationem minime omnino non licet. Nimirum interest publicæ tranquillitatis, proximorum ædificationis, & charitatis, ut hæ Catholicorum scriptis absit livor, acerbitas, atque incurritas, à christiana institutione, ac disciplina, & ab omni honestate prorsus aliena. Quamobrem in huiusmodi scripturionum licentiam graviter pro munere suo censuram intendant revisores librorum, eamque Congregationis Cardinalibus cognoscendam subjiciant, ut eam pro zelo suo, & potestate coercant.

§. XXV. Quæ hæcenus à nobis proposita, ac constituta sunt, prædecessorum nostrorum decretis plane consona, Congregationis quoque nostrarum legibus, & consuetudinibus comprobata, in librorum examine, ac iudicio instituendo, apostolica auctoritate deinceps servari decernimus: mandantes universis, & singulis, qui in præfatis Congregationibus locum obtinent, seu illis quomodolibet operam suam præstant, ut adversus præmissa sic à nobis statuta nihil edicere, innovare, decernere, aut intendere præsumant, absque nostra, vel successorum nostrorum pro tempore existentium Romanorum Pontificum expressa facultate.

§. XXVI. Non obstantibus contrariis quibusvis, vetiam apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, necnon earundem Congregationum, etiam apostolica auctoritate, seu quavis firmitate alia roboratis decretis, usibus, styliis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§. XXVII. Nulli ergo omnino hominum liceat paugnam hanc nostrorum decretorum, mandatorum, statutorum, voluntatum, ac derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis ausu hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus esse noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, septimo Idus Julii, Pontificatus nostri anno tertio decimo. — D. Card. Passioneus.

J. Darius. — Visa de Curia, Loco & Plumbi. — F. C. Baschi. — J. B. Eugenius. — Registrata in Secretaria Brevis.

LIGAMEN.

Vid. verb. Imped. matrimonii art. 2. num. 8. ad. 19.

LIMINA APOSTOLORUM ROMÆ.

SUMMARIUM.

- 1. Annona temporis præfinitione à quo statutum visitanda per Episcopos limina Apostolorum: à quo juxta Papæ chirographum: quid Zacharias decreverit: intra quod tempus, quid si impediti, & multi referuntur qui ad hanc actionem tenentur, ad num. 8.
2. In quibus consistat hujus visitationis munus: an propter hoc abesse possunt à residua: quid in Canonico pro servitio Episcopi ad limina accedente, aut per se operante, & pro quo tempore, ad num. 17.
3. A quibus possunt visitari, legitimo astante impedimento: à quo tempore incipit visitatio: ubi dicantur esse limina Apostolorum: quas parat incurrant ea non visitantes, ad num. 30.
4. Auctoris supplementa, & add. ex aliena manu subnectuntur, ad num. 42.

LIMINA Apostolorum Romæ visitanda esse ab Episcopis statuit, sed absque præfinitione temporis, Leo III. Ep. 1. Sanctus Anacletus autem statuit esse visitanda juxta Papæ chirographum; cap. Juxta 3. dir. 93. Zacharias vero in Concilio Romano cap. 4. statuit ab Episcopis propinquis quolibet anno visitanda esse personam, à remotis vero per Epistolas: cit. cap. Juxta 3. dir. 3. Episcopi noviter creati jurant se visitaturos Limina Apostolorum per se, vel per certum Nuntium quolibet anno, nisi à Sede Apostolica dispensentur, seu ad longius tempus eorum visitatio prorogetur; cap. Ego N. Episcopus 4. de jurejurando; Nunc autem talis obligatio est eis prorogata, ut infra. Episcopi viciniore, etiam si sint Cardinales, per se ipsos, si non sint legitime impediti, visitare limina Apostolorum, & sui pastoralis officii rationem reddere, ac totius suæ ecclesiæ status relationem facere tenentur tertio quoque anno, ut Itali. Alii vero pro majori, vel minori distantia quarto, ut Germani, quinto, ut Africani, vel decimo anno, ut Asiatici, iter suscipere, & Deo concedente perficere debent; & successive eisdem temporibus transactis reperere debent, Sixtus V. constit. 15. incip. Romanus Pontifex.

Episcopi legitime impediti, si per se ipsos non possunt visitare Limina, tenentur id facere per alium in dignitate constitutum, vel si hunc non habent, per Sacerdotem diocesannum id facere debent; & si nec hunc habent, per alium Clericum, & docere debent de impedimento, & quomodo id est faciendum; Sixtus V. cit. constit. incip. Romanus Pontifex §. 4.

Limina Apostolorum visitare tenentur etiam Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi titulares, ut declaravit Sac. Cong. Concilli, teste Fagnano lib. 2. Decret. in cap. Ego N. Episcopus 4. de jurejurando n. 82. Coadjutor autem Episcopi non tenetur visitare limina Apostolorum, sed Coadjutor Sac. Congr. Concilii. 4. August. 1609. apud Gavant. in manual. verb. Limina Apost. num. 2. in addit.

Munus visitationis liminum in tribus actibus potissimum consistit, scilicet in materiali sacrorum liminum visitatione, in exhibitione debite obedientiæ, ac reverentiæ Romano Pontifici, & in relatione status ecclesiæ; Quos tres actus complectitur cit. bulla Sixti V. Rr



§. Quo circa. Et eorundem meminit Sac. Congr. Concil. in literis patentibus, quas tribuere solet Episcopis post peractam visitationem, quarum formulam tradit Fagnan. loc. cit. num. 61. Et novissime Bened. XIII. in Concilio Romano celebrato anno 1725. tit. 13. cap. 1. & in Appendice instrukt. 12. ubi ne deinceps defectu instructionis nunquam editæ pro exarandis relationibus statuum ecclesiarum, earum aliquæ exhibeantur abundantes in superfluis, & aliquæ deficientes in necessariis, ut olim non semel accidebat, datur instructio hæcenus omnia de mandato ejusdem Summi Pontificis à Sacra Congregatione Concilii edita, & ab omnibus Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis ad amussim servanda. Vide ibi per tot.

11 Episcopi pro visitandis liminibus possunt abesse à residentia suæ ecclesiæ, seu diocesis per septem menses, si sint ultra montes, per quatuor, si sint intra montes; dummodo eo tempore ad alios actus non divertant; Sic expresse Urban. VIII. const. incip. Sancta Synodus: Episcopus tamen, qui Beatorum Apostolorum limina visitavit, & in fine unius triennii, non potest immediate in principio sequentis triennii iterum visitare, ac proinde visitationis titulo nequit per octo menses continuos abesse à sua ecclesia, seu diocesi; Sac. Cong. super residentia Episcoporum habita in Quirinali ex ordine Sanctissimi die 17. Julii 1657.

13 Canonici, qui accedunt Romam pro servitio Episcopum, qui venit ad visitanda limina Apostolorum, etiam quod dicitur Canonici veniat post Episcopum, & non simul, lucratur distributiones quotidianas; Sac. Cong. Concil. die 9. Sept. 1623.

14 Sic etiam distributiones lucratur Canonici missi ab ipsorum Episcopis ad limina Apostolorum visitanda eorum nomine; Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concil. refer. Garzias de benef. pars. 3. cap. 2. n. 348. & Barb. collect. apostol. decis. verb. Distributiones quotidianæ num. 11. Canonico autem in Urbe commoranti, si ipse deputatur ab Episcopo suo ad visitanda limina, debentur ei distributiones unius mensis; Sac. Cong. Concil. in Vigilanti. 6. Jan. 1682.

16 Si vero Episcopum ad visitanda limina comitasset, tunc distributiones debentur pro toto tempore accessus, & mansionis, & recessus; Ead. Sac. Congr. Concil. in Comen. 18. Aug. 1688. Quod tempus ead. Sac. Cong. Concil. constituit esse trium mensium in una Visatione. 17. April. 1627. Ad advertendum est, quod tempore hujus ultimi Decreti nondum erat edita citat. const. Urbani VIII. incip. Sancta Synodus: emanata solum 12. Dec. 1624. concedens Episcopis ultra montes septem menses, & Episcopis citra montes quatuor menses pro visitandis liminibus, quod tempus videtur respectivo concessum etiam Canonici ipsos pro tali fine comitantibus.

18 Episcopi, quamvis interveniente legitimo impedimento visitandi per se ipsos personaliter limina Apostolorum possint ipsa visitare per certum Nuntium, vel Procuratorem specialiter ad id deputatum, ut expresse conceditur in cit. cap. Ego N. Episcopus 4. de jurejurand. & cit. const. Sixti V. incip. Romanus Pontifex: tamen nequeunt ipsa visitare per manentem in Curia, ut respondit Sac. Congr. Concil. in Forolivien. 12. Aug. 1628.

20 Neque per Presbyterum diocesanum non existentem de capitulo cathedrali, neque in dignitate Ecclesiastica constitutum, ut censuit Sac. Congr. Concil. in Elbor. sub die 4. Dec. 1627. Neque per Sacerdotem Regularem, ut respondit ead. Sac. Congr. Concil. in Visen. sub die 13. Nov. 1627.

22 Episcopi, quando visitant limina Apostolorum, referre debent se paruisse const. 195. Urbani VIII. incip. Salvatoris: editæ 3. Feb. 1634. in qua præcipit, quod locorum Ordinarii, & Verbi Dei Concionatores ad minus duabus vicibus quolibet anno Adventus, & Quadragesimæ temporibus, necessitates locorum Terræ Sanctæ commendari curent; Sic statuit Innocent. X. const. 10. incip. Salvatoris, & confirmavit Clemens X. const. 39. etiam incip. Salvatoris.

23 Tempus præfixum ad visitanda limina Apostolorum incipit currere à die publicationis dict. constitutionis

Sixti V. incip. Romanus Pontifex: Sic declaravit etiam, Sac. Congr. Concil. in Burgen. 12. Aug. 1628. Talis autem publicatio facta fuit die 20. Decemb. 1585. Unde à tali die cœpit currere primum triennium pro Episcopis Italici, primum quadriennium pro Episcopis Germanis, Gallis, Hispanis, &c. primum quinquennium pro Episcopis Africanis, & primum decennium pro Episcopis Asiaticis. Et hæc triennia, quadriennia, quinquennia, & decennia durant usque ad diem 20. Dec. sui respective triennii, quadriennii, quinquenni, & decennii, & à tali die 29. Dec. semper incipiunt nova triennia, quadriennia &c. aliis jam respective elapsis, & ipsa die completis. Quæ tamen computatio fieri debet ab ipsa die 20. Dec. exclusive, & sic in fine cuiusque triennii, quadriennii, quinquenni, & decennii integra dies 20. Dec. cedit commodò Episcoporum; adeo ut tempus ad visitandum præfixum duret usque ad ultimum momentum ejus diei; Dies enim termini non computatur in termino, leg. 1. ff. Si quis cautionibus, c. Frequens. 1. de restit. spoliat. in 6. cum concordant. de quibus per Glossam ibid. verb. Proponitur: Fagnan. l. c. n. 43. & alii passim. (Leg. 8. Inter alias tit. 17. p. 6.)

Hinc est advertendum, quod triennia, quadriennia, quinquennia, decennia respective currunt perpetuis temporibus pro omnibus successoribus Episcopis: Unde si quis Episcopus Italiae consecratur, e. g. prima die Junii tertii anni triennii, quod curret ab suo præmortuo, vel translato Antecessori, qui pro illo triennio limina non visitavit, tenetur ipsa limina visitare eodem ipso anno ante elapsam totam die vigesimam Decembris ejusdem anni; & si hoc spatium temporis nimis breve videatur ipsi Episcopo ad perfecte conficiendam relationem suæ recenter adeptæ ecclesiæ, & limina visitanda; poterit prorogationem ad hoc munus obeundum impetrare à Sac. Congr. Concil. quæ in similibus casibus solet ipsam concedere. Si autem suus Antecessor pro tali currenti triennio jam limina visitaverit, ipse Episcopus Successor poterit differre visitationem liminum spatium trium annorum, & sex mensium, & viginti dierum à die prima Junii suæ Consecrationis usque ad diem 10. Decembris ultimi anni sui primi respective currentis triennii; Communis, per textum in dict. constit. Sixti V. incip. Romanus Pontifex: §. Ad hoc autem, verò. Quæ ne longius differantur &c.

Liminum visitatio fieri debet in ultimo anno triennii, quadriennii, quinquenni, & respective decennii; Unde Episcopi præsertim Italiae non consueverunt in primo anno triennii admitti ad visitationem liminum, in secundo autem anno nonnisi raro, & ex aliqua rationabili causa; Sic censuit Sac. Cong. super residentia Episcoporum habita in Quirinali ex ordine Sanctissimi die 17. Julii 1657. Hinc ad limina visitanda non admittuntur Episcopi nuper creati, priusquam se ad residentiam conferant, nisi in casu, quo consecratur in curia paulo ante finem triennii sui Antecessoris, v. g. mense Octobris, seu Novembris: quia tunc, cum non subsit tempus ad eundem suam ecclesiam, & conficiendi ejusdem status relationem, & redeundi ad Urbem ad limina visitanda ante elapsam diem 20. Decembris immediate sequentis, & gratia admitti solent à Sacra Congregatione Concilii ad visitationem liminum, priusquam abscedant à Curia, aliquibus eis conditionibus impositis; Fag. loc. cit. num. 49. & alii.

Limina Apostolorum ibi esse dicuntur, ubi est Papa; Sic ex multis, & cum multis probat Fagn. l. c. d. n. 69. per tex. in cap. Qui Cathedram 3. & cap. Juxta 4. dist. 93. cap. Ad Limina 7. caus. 31. q. 1. cap. Ego N. Episcopus 4. de jurejurando, & citat. consuet. Sixti V. incip. Romanus Pontifex.

Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchæ, etiam Cardinalatus honore præfulgeant, si secularis impedimentis legitimis per se, vel per certos Nuntios, aut specialiter Deputatos Procuratores, statutis supra assignatis temporibus limina Apostolorum non visitaverint, ab ingressu ecclesiæ, ac etiam ab administratione, tam spiritualium, quam temporalium, necnon à perceptione fructuum suarum ecclesiarum, à capitulis ea-

earum interim libere exigendorum, & in opus fabricæ, seu ornamentorum ecclesiæ emptionem prout major exegerit necessitas insumentorum, ipso facto elapso respective triennio, quadriennio, quinquennio, & decennio, tamdiu sunt suspensi, donec à contumacia respicientis relaxationem suspensionis à Sede Apostolica meruerint obtinere; textu expresso in cit. constitutione Sixti V. incip. Romanus Pontifex, §. Si vero, quod abstric: Vide de hoc P. Gheraldi à S. Cajetano Inst. Canonice. tom. 1. pag. 634.

Limina Apostolorum statutis temporibus visitari debent ab omnibus Episcopis; Benedictus XIV. const. 7. incip. Quod Sancta: §. 1. & 2. Item ab Inferioribus Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus; Idem ibidem §. 5. Qua de re juramentum præstare jubentur, si presentes in Curia fuerint, in manibus S. R. E. Diaconi Cardinalis Ordine prioris; si vero absentes, in manibus Nuntii, aut Legati Sedis Apostolicæ, si presentes fuerit; sin minus in manibus alicujus Episcopi, aut Archiepiscopi eorum arbitrio eligendi; Idem ibid. §. 5. Ital. & Insularum adjacentium tertio quoque anno; reliqui autem in aliis provinciis, regnis, & terrarum orbis partibus, & regionibus existentes, tam qui nunc sunt, quam qui imposterum erunt, quinto quoque anno à tempore captæ possessionis computando; Idem ibid. §. 7.

Ex constitutione S. M. Benedicti XIV. data 23. Novembris 1740. incip. Quod Sancta: omnes, & quicumque Abbates, Priores, Prepositi, alique quocumque nomine ac titulo insigniti, etiam S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales; tam seculares, quam Regulares jurisdictionem quasi episcopalem habentes, jam promoti, & promovendi, antequam suorum monasteriorum seu ecclesiarum possessionem apprehendant, juramentum præstare debent juxta formulam in dict. constitutione descriptam in manibus Cardinalis Decani, si presentes sint in Curia, & si absentes, in manibus Nuntii, aut Legati Apostolici, eoque absente, in manibus alicujus Archiepiscopi, aut Episcopi eorum arbitrio eligendi; se liminum visitationem, nullo intercedente legitimo impedimento, personaliter peracturos esse, ac de sibi commissa monasteriorum & ecclesiarum procuracione relationem Romano pro tempore Pontifici facturos esse singulis triennis à die possessionis apprehensæ incipientibus, si sint Italici, vel ex insulis & provinciis Italiae adjacentibus, sin minus, quinto quoque anno, sub pena ingressus ad ecclesiam, administrationis, tam temporalium quam spiritualium, perceptionis fructuum &c. intercedente vero legitimo aliquo impedimento, per virum in dignitate ecclesiastica constitutum de gremio monasteriorum, vel ecclesiarum, aut per aliquem Sacerdotem Regularem, aut secularem, qui tamen docere debet de impedimento.

His, qui tenentur visitare limina, tum relationem facere de statu suarum ecclesiarum, adde etiam Administratores datos alicui Episcopo in legitima ætate nondum constituto, ut usurentur, dum aliquis Regius Princeps, nondum in ætate legitima constitutus præfatur alicui Ecclesiæ; San. memor. Bened. XIV. de synodo dioces. lib. 13. cap. 6. num. 5.

Recte Auct. n. 7. sentit teneri & Episcopos titulares ad visitationem liminum. Tametsi enim Andréucci de Episcopo titulari par. 4. §. 1. num. 209. neget eos teneri, ex reddita ratione, quod ut ecclesiarum suarum statum plane ignoratis illius relationem facere nullo modo queant; tamen optime ex Fagnano advertit dict. Bened. XIV. de synod. dioces. lib. 13. cap. 6. num. 5. Quod quum in visitatione sacrorum liminum (sunt neque verba) præter venerationem erga Sanctorum Apostolorum cineres, debite Romano Pontifici submissio, & obedientiæ actus continentur; quumque etiam Episcopus titularis licet absens & impeditus, quominus ad suam ecclesiam accedat, de hujus tamen statu aliqua identidem cognoscere possit, quæ Pontifici referenda sint, & quorum occasione aliquid in ejusdem ecclesiæ utilitatem proponendum occurrat; Hinc affirmandum videtur, Episcopos quoque titulares ad

Sixtinæ Bullæ observantiam teneri. Adde pro hac sententia Thomassin. de veter. & nov. eccles. discipl. par. 2. lib. 3. cap. 42. num. 12. & seq.

Recte quoque Auct. num. 8. sentit, teneri Coadjutum, nequaquam vero Coadjutorem. Ceterum, si Coadjutur visitationem peregerit, & relationem de Statu ecclesiæ fecerit, minime pro ea vice tenetur Coadjutur; Bened. XIV. de Synod. dioces. lib. 13. cap. 6. num. 5.

**LITANIE AFFINITATIS, consanguinitatis, legalis paternitatis, legalis fraternitatis, legalis affinitatis.**

Vid. verb. Affinitas, & verb. Impedimenta matrimonii art. 1. à num. 27. ad 78.

**LITANIE.**

**SUMMARIUM.**

1 Verbum Litania est nomen Græcum, quod latine significat humiles supplicationes, & devotas, seu ferventes preces.

2 Quatuor Litaniarum species apud Sacros Scriptores reperiantur; scilicet Litania Veteris Testamenti, Litania Sanctorum, Litania B. M. V. & Litania SS. nominis Jesu.

3 Litania veteris testamenti que sint.

4 Litania Sanctorum que sint.

5 Litania Sanctorum quare vocantur Majorum in festo S. Marci, & Minorum diebus Rogationum.

6 Litania Sanctorum qui primo instituerit.

7 Litania Beatissime Virginis Mariae que sint.

8 Litaniarum B. M. V. qui fuerit primus Auctor, & Compositor? Eas recitantes lucrantur ducentis diebus Indulgentiæ.

9 Litania SS. nominis Jesu que sint.

10 Litania SS. nominis Jesu non sunt prohibita; immo ex concessione Sixti V. eas recitantes lucrantur trecentos dies Indulgentiæ.

11 Exceptis his SS. nominis Jesu, nullo alio præter Litania Sanctorum B. M. V. recitari. & cum possunt sine approbatione Sedis Apostolicæ, aut Sæc. Congr. Recitari.

12 Litania non approbantur à S. Congr. Rit. præter ordinarias impressas in Breviario, & que recitantur in Ecclesia Lauretana de B. M. V.

13 Litania non possunt inseri alii Sancti præter ibi descriptos; neque tempore pestis addenda sunt Titulares, & Civitatis Patrum sine speciali concessione.

14 Litania majores, si occurrunt in die Sancto Paschalis, transferantur in Feriam 3. sequentem.

15 Si festum S. Marci incidat infra Octavam Paschæ, transferatur post Octavam, & non transferatur in Litania.

16 Obligatio recitandi Litania in festo S. Marci, & tribus diebus Rogationum, est de præcepto, & non mortali.

17 Et recitanda sunt proprio mane, nec possunt anticipari Vespere prædictæ.

18 In Litaniis propriis, seu particularibus quibusdam Regularibus concessis, nihil prætermitti debet de Litaniis universalis Ecclesiæ; Et solum addi possunt nomina propriorum Sanctorum. Nullimode autem nomina propriorum, qui solo fruuntur titulo Beatorum.

19 In Litaniis Sanctorum post nomen S. Joannis Baptistæ, statim adungi debet illud S. Josephi.

20 Addit. ex Auctore, ad num. 24.

Verbum Litania est nomen græcum, quod latine significat humiles supplicationes, & devotas, seu ferventes.



ventes preces; Conc. Mogunt. l. cap. 32. & tradunt communiter Doctores agentes de litanis, Suarez tom. 2. de Religione lib. 3. de orat. vocali cap. 9. in fine, Lezana in Summa verb. Litanie num. 9. Serrarius in opusculo litanie lib. 1. cap. 2.

Quatuor litaniarum species apud Sacros Scriptores reperiantur, scilicet litanie veteris Testamenti, litanie Sanctorum, litanie B. V. Mariæ, & litanie Sanctissimi nominis Jesu; Sic Clericatus nelle spighe raccolte verb. Litanie num. 217.

Litanie veteris Testamenti sunt illæ, quas recitabant Hebræi, tum publice in templo, tum privatim in suis domibus regolentes divina attributa reducta in 27. versiculos collectos in Psalm. 135. incip. Confitemini Domino, quoniam bonus; Cullibet ex ipsis versiculis, dum recitabantur, respondebant Hebræi Quoniam in æternum misericordia eius, uti respondemus nos christiani invocationi cuiuslibet Sancti Ora pro nobis; Menoch. nella sua Storea p. 2. Centur. 3. cap. 76. Cleric. loc. cit. num. 2. 18.

Litanie Sanctorum sunt illæ, quæ habentur in Brevario Romano in fine psalm. Pœnitentialium, & vocantur modo majores, modo minores. Majores vocantur in festo S. Marci Evangelistæ, quia tales litanie à principio majori solemnitate fuerunt institutæ, & celebratæ, ut notat Suarez lib. 3. de Orat. vocal. cap. 9. num. 26. Castaldus in praxi Ceremon. lib. 2. sect. 10. cap. 7. Quartus de process. sect. 2. punct. 9. §. Respondeo: seu quia, ut dicit Clericatus loc. cit. num. 219. tali die recitantur, & canuntur processionaliter in toto orbe catholico, & Romæ processio dirigitur ad ecclesiam S. Mariæ Majoris, à qua hoc supranomen sumpserunt ad differentiam litaniarum, quæ canuntur in processionebus trium dierum Rogationum ante Ascensionem Domini, quæ dicuntur minores, quia diriguntur ad alias ecclesias inferiores.

Quis autem has Sanctorum litanias primo instituerit? non conveniunt Doctores; Quidam enim, ut notat Macrius in sua hieolectica verb. Litanie, & Quartus in tract. de litanis sanctorum sect. 1. punct. 4. dicunt fuisse institutas, & compositas à Divo Gregorio Magno Summo Pontifice, & ecclesie Doctore anno Christi 600. At hæc opinio communiter rejicitur, quia in pluribus Conciliis, quæ longe præcesserunt D. Gregorium Magnum, fit mentio litaniarum majorum, & minorum, ut patet in Concil. Aurelianens. cap. 29. Concil. Gerunden. cap. 3. Concil. Bracaren. II. cap. 9. Conc. Toletan. I. cap. 1. Toletan. II. cap. 6. Conc. Mog. I. cap. 32. & 33. cap. Rogationes 2. dist. 3. de consecr. cum similibus. Quamvis enim ipse S. Gregorius Magnus sapius eas indixerit, & celebrari præcepit, solemniorque ritu præ ceteris, non tamen ipse instituit, & composuit, cum jam multo tempore ante ipsum fuerint litanie Sanctorum in usu, quippe cum S. Mamertus Episcopus Viennæ in Gallia de anno 475. ad impetrandam liberationem infestationis luporum à suo territorio, multas indixit publicas processiones cum cantu ipsarum litaniarum Sanctorum. Immo in Ecclesia Orientali ipse litanie Sanctorum erant in usu tempore S. Basilii & S. Gregorii Thaumaturgi, qui vivebant in principio quarti seculi, testibus ipso S. Basilio epist. 63. Cleric. loc. cit. num. 220. Socrate l. 6. histor. cap. 8. Sozomeno lib. 8. cap. 8. Nicephoro lib. 14. cap. 3. & alii. Unde Eminentiss. Card. Baronius in notis martyrologii Romani ad diem 25. Aprilis sic concludit: "A quo litanie primum fuerunt institutæ, adhuc mihi est inexploratum, & verisimilimum sane more fuisse in ecclesia litanias peragere, certissimum est." Non ad impetrandam liberationem infestationis luporum S. Mamertus litanias indixit, sed ad liberandam Urbem à terræ motibus quibus quærebatur, & à confagratione, cui eadem Urbs tradita erat. Vide Ep. 1. S. Apollinaris Sidonii l. 7. inter opera Sirmond. tom. 1. col. 585.

Litanie Sacratissimæ Virginis Deiparæ sunt illæ, quæ dicuntur Lauriana, ex quo omni Sabbato canantur magna cum solemnitate, & devotione in sancta domo Laurenti, & jam fere apud omnes Catholicos sic archæi, & cani consueverunt. Harum etiam litaniarum primus Auctor, & Compositor ignoratur; so-

lum testantur Catholici Scriptores has etiam esse antiquissimas, & semper recitatæ fuisse à fidelibus, tum in publicis ecclesiis, tum in privatis domibus, sacras porrigendo Deo deprecationes per invocationem specialem ejusdem B. Genitricis, eandem Virginem honore prosequendo variis mysticis nominibus, encomiis, & attributis, cuiquam ipsorum respondendo: Ora pro nobis: Laudatur autem P. Quartus in suo tractatu litaniarum sect. 1. punct. 4. secutus à Clericato loc. cit. n. 221. censet, quod hæ litanie fuerint institutæ, & formatæ à Sanctis Apostolis, quod satis verisimiliter dicitur citatus Clericatus id factum esse post Assumptionem B. Virginis Dei Genitricis in cœlum, ut excitarentur Fideles ad implorandam in omnibus indigentis spiritualibus, & temporalibus ejus potentissimam protectionem; Cum autem, dicit Quartus loc. cit. "Cum autem nemo ab Historicis litaniarum Auctor, quamvis verisimilissimus, asserat, quin eo antiquior litaniarum usus inveniatur, merito ab Apostolis eas ducere originem censendum est." Et recitantes litanias B. V. M. laudantur ducentos dies Indulgentiæ; Sixtus V. constit. incip. Redditiuri: Recentiores esse hæc litanias, nemo vel tantisper eruditus ambiget.

Litanie sanctissimi nominis Jesu sunt illæ, quæ continent varia attributa, & encomia ipsius sanctissimi nominis Jesu ad similitudinem litaniarum B. Virginis Dei Genitricis Mariæ, quæ cum recitantur, cullibet ex ipsis responderetur Miserere nobis. Dubitantur aliqui ex Scripturis, an hæ litanie sint censendæ prohibite, attenda constat, 122. Clementis VIII. incip. Sanctissimus: & declaratione Sacræ Congregationis Rituum in Alexandrina 15. Maji 1608. infra adducenda, in qua conceditur recitari solas litanias Sanctorum, & illas Beatissimæ Virginis Mariæ Laurenti recitari solitas. Ad nihilominus æfirmant omnes communiter, tales nominis Jesu litanias esse approbatas à Sede Apostolica, ac per consequens non includi in prohibitione Generali Clement. VIII. & Sacræ Congregat. Rituum 15. Maji 1608. quia videntur solum loqui de litanis à Sede Apostolica aliis non approbatis; Sixtus enim V. const. incip. Redditiuri: in Bullario, Rodriguez tom. 2. inter bullas Sixti n. 25. ad instantiam Patrum Carmelitarum Disalceatorum concessit trecentos dies Indulgentiæ recitantibus dictas litanias SS. nominis Jesu, quod satis indicat, tales litanias esse à Sede Apostolica approbatas, & posse ab omni fidei absque ullo scrupulo recitari; Gobat in Quinario tract. 4. n. 602. Lezana in Summo verb. Litanie n. 5. Quartus in append. de litanis Sanctorum sect. 1. punct. 1. Cleric. loc. cit. n. 22. & alii passim.

Exceptis igitur his sanctissimi nominis Jesu litanis, nullæ aliæ præter litanias Sanctorum, & Beatissimæ Virginis Mariæ Lauretanæ nuncupatæ, recitari, & cani possunt sine approbatione Sedis Apostolicæ, aut Sacræ Congregationis Rituum; Clemens VIII. in cit. const. incip. Sanctissimus: promulgata octavo Idus Septembris 1601. in qua sic habetur: "Quoniam multi hoc tempore privati etiam homines prætextu alendæ devotionis, novas quotidie litanias cyulant, ut jam prope innumerabiles formæ litaniarum circumferantur, & in nonnullis inepte sententiæ, in aliis (quod gravius est) periculosæ, & errorem sapientes inveniantur, pro sollicitudine sua pastoralis providere volens, ut animarum devotio, Deique, ac Sanctorum invocatio sine ullius detrimenti spiritualis periculo foveatur, præcipit, & mandat, ut retentis antiquissimis, & communibus litanis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, necnon litanis de Beatissima Virgine, quæ in sacra xede Lauretana decantari solent, quicumque alias litanias recedere, vel etiam editis in ecclesiis, sive oratoriis, sive processioneibus uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoscendas, & si opus fuerit, corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis eas in publicum edere, aut publice recitari præsumant sub penis (ultra peccatum) arbitrio Ordinarii, & Inquisitoris severe impendendis. Quaranta in Summa Bullarii verb. Litanie.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Vid. verb. Executor literarum Apostolicarum; & verb. Falsarius à num. 39.

\* Literas Apostolicas falsificantes, aut falso publicantes, excommunicantur; Bened. XIV. tom. 1. constit. 14. incip. Pastoralis: §. 6. literarum Apostolicarum executionem impediendes excommunicantur: Idem ib. §. 14. Literæ Apostolicæ super beneficiis resignatis expediti debent post duos ad summum menses à data rescripti, quo admissa fuit resignatio; Idem tom. 2. const. 10. incip. Ecclesiastica ministeria: Et publicari debent ad normam const. Greg. XIII. intra sex menses à data concessionis computandos, si beneficia citra montes posita sint: vel intra novem, si ultra; Idem ib. De literarum hujusmodi expeditione docendum est in Officio Subdarii ad obtinendam promotionem ad publicandum, etiam pro prima vice. Idem ib.

Literæ Apostolicæ executioni tradendæ non sunt ab illis, quibus dirigitur, si obreptionis vitio aperte laborent, aut si defecere comperiantur conditio, sine qua concessæ non fuissent: Idem const. 51. incip. Magna nobis: Literæ Apostolicæ super dispensationibus matrimonialibus quomodo, & quibus adjectis conditionibus concedi soleant? Vide in addit. ad verb. Dispensatio.\*

LITERÆ SUMMARIUM.

1. Literas, vel scripturas alienas aperire, & legere inuis dominis, communiter est mortale.
2. Literas dilaceratas, & abjectas probabiliter non licet paribus recollectis, & junctis legere.
3. Et hoc maxime si talia frustra dilacerata literæ projecta sint à Domino in ignem, & fornacem, vel in alium similem locum, & quo difficultis sit extractio.
4. Et à fortiori non possunt legi literæ, quas aliqui casu, vel inconsideratione reliquit in loco etiam publico.
5. Literas alienas aperire, & legere, quando quis probabiliter scit esse scriptas in suum injuriam damnarum, & in suam injuriam regulariter non est peccatum; Hinc Princeps potest aperire, & legere literas, non tantum hostium, sed etiam horarum, quæ tempore belli veniunt ex locis finitimis hostium, aut ex aliis suspensis; Et idem possunt facere ministri publicæ, quoties id bono publico necessarium esse judicant.
6. Injuste aperiens literas alterius, ex quibus cognoscit ipsum aliquod pingue beneficium certo medio consequitur, certa negotiatione multum lucraturum, & hujusmodi, & postea prævenit, impedit, & sibi tali medio, quo negotiatione acquirit, peccat contra justitiam, & tenetur ad restitutionem juxta proportionem certitudinis, probabilis, aut spei habita illud bonum consequendi.
7. Item peccat contra justitiam, & tenetur sic ad restitutionem, qui dolose retinet literas alienas, quas ex justitia, officio, vel contractu tenetur tradere, si ex morosa consignatione literarum alicui fuit impedita consecutio alicujus boni.
8. Regulares utriusque sexus dantes, aut recipientes literas sine licentia Superiorum regulariter non peccant contra votum paupertatis, nisi sint contra utilitatem monasterii, aut expendatur aliquid in illis dandis, aut recipiendis.
9. Literas à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores missas aperire, legere, im-

Litania non approbantur à Sacra Congregatione Rituum præter ordinarias impressas in Brevario, & quæ recitantur in Ecclesia Lauretana de Beatissima Virgine Maria; Sacr. Congr. Rit. in Alexandrina 15. Maji 1608. in responsione ad dub. 16. apud Sellium in selectis canon. cap. 2. numer. 48. & Barbosa loc. cit. n. 2. verb. Litanie num. 6.

Litanis non possunt inseri alii Sancti præter ibi descriptos neque tempore pestis addendi sunt Titulares, & civitatis Patroni sine speciali concessione; Sacra Congregatio Rituum in Rbeigien. 22. Martii 1631. apud Gavant. in Rubric. sect. 9. cap. 4. num. 10. Barbosa loc. cit. n. 3. La Croix lib. 6. part. 2. num. 2055. Decret. 210.

Litanie Majores, si occurrant in die Sancto Paschatis, transferuntur in feriam tertiam sequentem; Sacr. Congr. Rit. die 25. Sept. 1627. apud Gavant. in rubric. mistalis p. 4. tit. 11. num. 10. & in rubric. Breviarii sect. 7. cap. 24. num. 4. apud Barbosa loc. cit. n. 2. La Croix loc. cit. Decret. 182.

Si festum Sancti Marci incidat infra Octavam Pasche transferatur post Octavam: At non transferuntur litanie; La Croix l. 4. num. 1291. & communis aliorum cum praxi.

Obligatio recitandi litanias in festo Sancti Marci, & tribus diebus Rogationum, est sub mortali: Lezana tom. 1. cap. 12. num. 23. ex Suarez, & Bonacina ibi relatis, in Summa verb. Litanie num. 7. Tannerus in 2. a. disp. 5. quest. 1. dub. 5. num. 148. Castropalao tom. 2. disp. 1. punct. 2. num. 13. La Croix lib. 4. num. 1290. & alii passim. Ex communi enim sententia Theologorum, & usu ecclesie censetur pars officii illorum dierum, ut notat Lezana loc. cit. Unde qui ad divinum officium sunt obligati, si illas in processionebus non recitaverint, privatim eas recitare tenentur de præcepto, ut solent notare quotannis suis propriis locis Calendaria, & cum multis tenet Reiffenstuel rheolog. moral. tract. 6. dist. 1. quest. 3. num. 6. & seq.

Et quidem tenentur illas recitare proprio manè, nec possunt illas recitare vesperi pridie statim post Matutinum, & Laudes officii diei etiam pridie recitatas, ut colligitur à simili de officio defunctorum die commemorationis omnium fidelium defunctorum, quod recitandum est de præcepto etiam extra chorum mane illius secundæ diei Novembris, nec potest anticipari pridie in Vesperis ex decreto Sacr. Congr. Rit. 1. Sept. 1607. Vid. verb. Rogationes n. 7. Merati tom. 2. sect. cap. 15. ubi cum multis hanc defendit sententiam. Nota. Episcopo presente S. R. Congreg. statuit posse recitari die prima Novembris ante horam Completorii in cathedralibus ecclesiis. Similiter & in aliis non Cathedralibus, & Episcopo absente, quando consuetudo esset in contrarium, dummodo pro commoditate & frequentia populi esset introducta; extrâ chorum verò licite absolvi posse post vespertinas horas statuit sursus S. R. Cong. anno 1745. 4. Septembris, ita decernens: "Privata officii defunctorum recitatio pro generali defunctorum commemoratione absolvi licite potest post vespertinas horas festi omnium Sanctorum, in choro autem juxta Rubricas adimplenda est manè die secundæ Novembris, nisi, ut populi commodius, & frequentius illis interesse possint, contraria jam fuerit consuetudo." Præsertim vero Episcopo, etiam sine causa in hac sanctione expressa recitari potest, ut supra dictum est.

In litanis propriis, seu particularibus quibusdam Regularibus ex Indulto Apostolico concessis nihil prætermitti debet de litanis Universalis Ecclesie: Et solum addi possunt nomina propriorum Sanctorum: nullimode autem nomina eorum, qui solo fruuntur titulo Beatorum: Sic expresse cavetur: in rubricis particularibus Breviarii Franciscani num. 16.

In litanis Sanctorum post nomen S. Joannis Baptistæ statim adungi debet illud S. Josephi, Bened. XIII. 19. Dec. 1720. in Decreto Urbis, & Orbis.



pedire, aut retardare est peccatum grave, & ut casus reservabilis, solet esse casus reservatus in omnibus fere Religionibus.

10 Superiores Regulares an licite aperire, & legere possint literas suorum subditorum.

11 Nullimode possunt Superiores literas subditorum missas ad Superiorem Majorem, aut ab ipso Superiore Majore ad tales subditos directe aperire, & legere.

12 Scribere ad Superiores contra aliquem literas sine nomine, seu cæcas, continentes notabilia delicta occulta, communiter ex genere suo est peccatum mortale.

13 Non esset tamen peccatum, si id fieret ex charitate ad correctionem, & non ex odio ad vindictam.

14 Non possunt autem Superiores ex hujusmodi literis procedere ad spectabilem inquisitionem illorum delictorum, quæ continent, etiamsi in ipsis literis notificarentur testes, qui delictum testificari possent.

15 Possunt tamen Superiores ex hujusmodi literis procedere ad generalem inquisitionem.

16 Adit. ex aliena manu, ad num. 28.

**L**ITERAS vel scripturas alienas aperire, & legere furtive, & invidis dominis, communiter est mortale, nisi excuset levitas, & parvitas materię, Baldel. lib. 5. dist. 11. Layman lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 4. Navarr. cap. penult. d. 6. de pan. Busemb. lib. 5. cap. 3. dub. 1. num. 6. La Croix ibidem, Toletus, Molina, & alii passim. Literas dilaceratas, & abjectas probabiliter non licet partibus recollectis legere, quia hoc ipso, quod dominus dilaceravit, maxime si parva frustra effecit, sufficienter significavit se nolle, ut legantur, & sic non idem voluit cedere Juri suo, aut dimittere secretum, adeoque talia parva frustra colligens, jungens & legens peccat, cum invito domino id faciat; Pestchacner de restitut. quart. 5. art. 4. La Croix lib. 3. part. 2. num. 1246. Rebell. part. 1. lib. 4. quest. 4. & alii plures. Et hoc maxime, si talia frustra dilacerata literæ projecta sint à Domino in ignem, vel fornacem, aut in alium similem locum, à quo difficilis sit extractio; quia tunc si quis extrahat, & legat, facit gravem injuriam domino, quia talia frustra projiciendo in talia loca aperte indicavit, se nolle ut legantur, Lugo disp. 15. num. 150. Busemb. loc. cit. resol. 6. & alii supra citati. Et à fortiori non possunt legi literæ, quas aliquis casu, vel in loco etiam publico inconsiderate reliquit; La Croix loc. cit. num. 1236. Busemb. loc. cit. resol. 6. & alii passim.

5 Literas alienas aperire, & legere, quando quis probabiliter scit esse scriptas in stium injustum damnum, vel in suam injuriam, regulariter non est peccatum, vel id simpliciter faciat ad averendum suum damnum, vel injuriam, cum quilibet possit sibi omni meliori modo consulere; præceptum enim naturale de evitando damno injuste inferendo, præponitur præcepto de observando secreto; Hinc Princeps potest aperire, & legere literas, non tantum hostium, sed etiam aliorum, quæ tempore belli veniunt ex locis finitimis hostium, aut ex aliis suspectis. Sic etiam possunt facere Ministri publici, quoties id bono publico necessarium esse judicant; Navarr. in manual. cap. 18. num. 53. Lugo disput. 15. num. 158. Reginald. lib. 24. cap. 6. n. 60. Busemb. loc. cit. resol. 1. Escobar, Lezana, & alii passim.

6 Injuste aperiens literas alterius, ex quibus cognoscit ipsam aliquod pingue beneficium certo medio consequitur, certa negotiatione multum lucraturum, & hujusmodi, & postea prævenit, impedit, & sibi tali medio, & negotiatione acquirit, peccat contra Justitiam, & tenetur ad restitutionem juxta proportionem certitudinis, probabilitatis, vel spei habitæ illud bonum consequendi; quia talis injusta aperiitio, & lectio literarum fuit impeditiva ipsius boni, & causa mali; Lugo disp. 18. res. 5. num. 104. & in Respons. mor. lib. 5. dub. 10. Lessius lib. 2. cap. 12. d. n. 140.

Sporer tom. 2. tract. 4. prælim. ad præcepta secundæ Tab. cap. 2. res. 5. num. 205. La Croix lib. 3. part. 2. n. 76. & alii.

Item peccat contra Justitiam, & tenetur sic ad restitutionem, qui dolose retinet literas alienas, quas ex justitia, officio, vel contractu tenetur tradere, si ex morosa consignatione literarum alicui fuit impedita consecutio alicujus boni; talis enim dolosa literarum detentio fuit graviter injuriosa, & præjudicialis ei, cui erant directæ; Sic Doctores supra citati, & alii passim.

Regulares utriusque sexus dantes, aut recipientes literas sine licentia Superiorum regulariter non peccant contra votum paupertatis, nisi sint contra utilitatem monasterii, aut expendatur aliquid in illis dandis, vel recipiendis; tunc enim sunt materia proprietatis. In aliis autem casibus solum erit peccatum contra obedientiam, si id fiat contra rationabile præceptum Superioris; Navarr. lib. 3. consil. de statu Monachor. consil. 3. & comment. 2. de Regularib. Peyrin. tom. 1. de subdito quest. 2. de paupertate cap. 2. §. 10. Lezana Summa questionum Regularium cap. 6. num. 49. & alii.

Literas à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores missas aperire, legere, impedire, aut retardare est peccatum grave, quia per hoc impeditur maxime bonum regimen Religionis, & fraternæ charitatis inter Religiosos; Unde inter casus reservabiles à Superioribus Regularibus Clemens Octavus in suo decreto edito 26. Maji 1593. designavit: "Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperiitio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores." & talis casus fere in omnibus Religionibus solet reservari, & in nostra Religione Minorum de Observantia est reservatus sub num. 15. his verbis: "Generalis, & Provincialis, aut eorum Secretariorum literas tum missas, tum accipiendas, impediendas, frangendas, falsificandas, vel quomodolibet interceptas."

Superiores Regulares licite aperire, & legere possunt literas suorum subditorum, ubi id mandant, seu permittunt propriæ Constitutiones, vel legitima consuetudine introductum est pro bono publico Religionis, dummodo tamen eas non aperiunt, & legunt ex mera curiositate, aut privata passione, & malitia, quæ pacem, & fraternam charitatem potius violat. Unde in his debent Superiores depositis privatis passionibus caute procedere, maxime cum similes constitutiones & consuetudines jam fere in omnibus Religionibus abierint in desuetudinem, & passim Religiosi subditi scribant, & recipiant literas sine scientia, & licentia Superiorum. Nullimode autem possunt Superiores aperire, & legere literas subditorum missas ad Superiorem Majorem, seu ab ipso Majore Superiore ad tales subditos directas, propter dicta, & adducta numero antecedentia. Diana part. 3. tract. 6. resol. 15. Peyrin. de Relig. tom. 1. quest. 8. cap. 1. Busemb. loc. cit. cap. 3. dub. 2. num. 6. resol. 3. Escobar, & alii passim.

Scribere ad Superiores contra aliquem literas sine nomine, seu ut vulgariter dicitur cæcas, continentes notabilia delicta occulta, communiter ex genere suo est peccatum mortale, quia est revelare notabilia occulta Fratris, seu proximi, quod de se est mortale; maxime cum ordinarie hoc procedat ex odio, seu vindicta; Peyrin. tom. 1. de subdito q. 2. de paupertate cap. 2. §. 12. Lezana in Summa questionum Regularium cap. 8. num. 31. & alii passim.

Non esset tamen peccatum, si id fieret ex charitate, & non ex odio, aut vindicta, ultionem, & punitionem non querendo, sed solum correctionem, & emendationem, & idem solum ceterum nomen scribentis, ne, si forte perveniat ad notitiam illius, contra quem scribitur, reddatur illi inimicus, & aliquid malum injuste pati cogatur; Peyrin. & Lezana loc. cit. communiter.

Non possunt autem Superiores ex hujusmodi literis procedere ad specialem inquisitionem illorum delictorum,

rum, quæ continent, etiamsi in ipsis literis notificarentur testes, qui delictum testificari possent, quia hujusmodi literæ nullam inducunt infamiam; textu expresso in cap. Inquisitionis 21. de accusationibus §. Tertie dubitationis: Rodriguez tom. 2. quest. Reg. quart. 6. art. 10. Lezana loc. cit. cap. 8. num. 31. & cap. 17. num. 4. Lessius lib. 2. de justit. & cap. 20. dub. 15. num. 126. Thomas à Jesu de visitat. Reg. tract. 2. cap. 3. num. 9. & communis aliorum.

Possunt tamen Superiores ex hujusmodi literis sine nomine scribentium procedere ad generalem inquisitionem, quia ad generalem inquisitionem non requiritur infamia; Alderete de disciplina reg. lib. 1. cap. 7. n. 31. Lezana cit. c. 17. n. 4. & alii communiter.

De aperiitione literarum alienarum agit Auctor, sed in foro, ut ajunt, Poli Agendum paucis de ea in foro, ut pariter ajunt, Fori.

Aperiitio alienarum literarum communiter refertur ad crimen falsi ob Leg. 5. §. 5. & Leg. 16. §. ff. ad Leg. Cornel. de Fals. Quod tamen putant nonnulli procedere concurrentibus hiis tribus:

I. Si aperiens alienas literas sciat esse eas alienas.  
II. Si id faciat sine justa causa.  
III. Si id faciat animo promulgandi secreta, & nocendi alteri. Quæ si desint, reus falsi dici nequit aperiens alienas literas.

Atque hinc est, quod si quis putet literas alienas ad se scriptas, forte quod idem nomen sit sibi, ac illi, ad quem literæ erant datæ, falsi crimen aperiendo haud committit, quum justa penes ipsum sit ignorantia; Menoch. de Arbitr. lib. 2. cap. 538. numer. 7. Genua de scrip. privot. lib. 5. quest. 2. num. 4. dummodo silentio involvat contenta, & in alterius præjudicium eadem non propalet. Quod si propalaverit extra penam haud erit. Licet namque nullus & adfuerit dolus in aperiitione literarum, adfuit tamen in propalatione: Stryck. juridic. dissert. disp. 8. cap. 4. numer. 39.

Pariter falsi crimen nec admittit ille, qui literas alterius aperit, sed solius curiositatis gratia, ut scilicet sciat quid in isdem continetur. In crimine enim falsi necesse est, ut quid fiat in isdem, vel damnum alterius. Id autem non intendit aperiens, literas solius curiositatis gratia. Reus igitur falsi haud est: Reus tamen stellionatus est, & propterea extra ordinem puniri potest: Heop. de Jur. Stigill. cap. 14. num. 54. Tabbor de Racemat. crimin. part. 6. num. 6.

Num literæ aperiuntur impune possint, si quis damnum quoddam lidem sibi vel proximo injuste parari timeat? Vide apud Stryck. juridic. dissert. vol. 3. disp. 13. capit. 5. num. 14.

Nota, quod ubi concurrunt tria illa, de quibus supra mentionem fecimus, tamquam falsarius puniri poterit qui alterius aperit, legitime literas, sive illæ sint clausæ, sive apertæ, sive publicæ, sive privatæ, sive integræ, sive dilaceratæ: Stryck. juridic. dissert. vol. 3. disp. 13. cap. 5. num. 36.

Plura de aperiitione alienarum literarum, si scire cupias, adi Warmas præct. For. lib. 1. tit. 47. observo. 25. Heoping. de Jur. Stigill. cap. 14. Vit. lib. 1. decis. 62.

LIVELLUM.

Vid. verb. Monialis art. 2.

LOCATIO.

SUMMARIUM.

Locatio quid sit, & quanam locentur & conducuntur, ad num. 2.

3 In quo differat locatio à commodato, & à precario, ad num. 4.

5 Locator, conductor, inquilinus, colonus, redemptor & publicanus qui dicantur, & an conductor rem sibi locatam alteri locare possit, ad num. 6.

7 Bona ecclesiastica quando, quomodo, pro quanto tempore, & à quo locari possint, ad num. 9.

10 Minores & pupilli, sive uxores ad quid teneantur quoad locationes per tutores & curatores, sive per maritos factas, ad num. 11.

12 An & quando teneantur stare locationibus, seu conditionibus factis, Heredes universales, emptores, legatarii, donatarii, filii successores in majoratu, fideicommissarii, successores in legitima, ad n. 19.

20 Ad quid teneatur locator erga conductum, ad numer. 30.

31 Quot & quibus causis possit locator ante finitum tempus locationis conductorem à re conducta invitiu expellere, ad num. 36.

37 Quot sint & qui casus præcipui, in quibus locator teneatur vel non remittere vel minuire pensionem, ad num. 47.

48 Quid sibi invicem debeant locatores & conductores operarum, ad num. 60.

61 Ad quid teneatur conductor, qui sit in culpabili mora solvendi pretium tempore in contractu præfixo, ad num. 62.

63 An possit unquam conductor ante tempus conditionis finitum rem conductam deserere, ad numer. 64.

65 Ad quid teneatur conductor transactio locationis tempore, ad num. 66.

67 An & quando conductor uti possit re conducta ad alium usum, ad quem non fuerit concessa, ad num. 69.

70 An & quando conductor teneatur ad resarciendum damnum, sive propria sive famulorum culpa contingat, ad num. 71.

72 An & quando conductor mercedem solvere teneatur, etiamsi re conducta uti nequeat, ad num. 74.

75 Conductor an teneatur augere mercedem, si tempore ubertatis ac fertilitatis majores solito fructus percipiat ex re frugifera conducta, ad num. 77.

78 Quo sit conductoris obligatio quoad casus fortuitos, ad num. 80.

81 Quid juris habeat locator in fructibus rei locatæ pro sibi debita pensione, ad num. 82.

83 Quanam jura & actiones locatori competant ex locato, & contra conductorem ex conducto, ac utrum hæc jura & actiones transeant ad eorum heredes, ad num. 84.

85 Subnectuntur additiones ex aliena manu, ad numer. 94.

**L**OCATIO est contractus, quo quis rem aliquam alteri utendam, vel fruendam concedit, certo pretio, sive mercede constituta; Est in re communi. Dicitur quo quis rem aliquam alteri utendam, vel fruendam concedit, ad denotandum, quod locantur, & conducuntur non tantum res, quæ ad solum usum deserviunt, ut domus ad inhabitandum, equus ad equitandum, bos ad arandum, & hujusmodi; leg. 9. princip. ff. de locato, & conducto, sed etiam res, quæ deserviunt ad fructus percipiendos, ut ager, vinea, pasqua, jura, & redditus; leg. Sed addet 29. §. 1. ff. de locato & conducto. Insuper non solum locantur, aut conducuntur ipsæ res, sed etiam personæ, seu potius operæ, & labores personarum, ut patet in famulis, & ancillis, operariis, officialibus, artificibus, & hujusmodi, qui se, seu operas suas aliis locant, & ab aliis conducuntur; leg. 51. 22. §. 2. ff. de locato & conducto, ibi: Locat enim artifex operam suam. Dicitur certo pretio, sive mercede constituta, quia pretium seu merces in locatione necessario intervenire debet; leg. Si convenit 23. in fine ff. communi dividundo. Et in hoc differt locatio à commodato, & precario, vi quorum res ad usum gratis conceduntur, ut patet sub verb. Com-